Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lo dñi. Quia nos qui viuimus in re
sidui sumus in aduentu dñi non p
ueniemus eos qui dormierunt qui
ipse dñs in iussu et in uoce archan
geli. et in tuba dei descendet de ce
lo. et mortui qui in xpo sunt re
surgent primi. Deinde nos qui viui
mus qui relinquimur simul rapiemur
cum illis in nubibus obuiam xpo in
aera. et sic semper cum xpo erimus.
Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.

Ad corinthios. Sicut pr. Ad corinthios
tamen vnusquisque terrenu
portamus et vnusquisque celestis. Hoc
autem dico fres quia caro et sanguis
regnum dei possidere non possunt.
neque corruptio incorruptela pos
sidebit. Ecce mysterium uobis dico.
Omnes quidem resurgemus. sed non
omnes immutabimur in momento
in ictu oculi in nouissima tuba.
Canet enim tuba et mortui resur
gent incorrupti et nos immutabi
mur. Oportet enim corruptibile hoc
induere incorruptionem et mortale
hoc induere immortalitatem. Cum
autem corruptibile hoc induerit
incorruptionem. et mortale hoc in
duerit immortalitatem. Tunc fie
sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. vbi
est mors victoria tua. vbi est mors
stimulus tuus. Stimulus autem mor
tis peccatum est. virtus autem peccati lex.
Deo autem gratias qui dedit nobis
victoriam per dnm xpm dominum
nostrum. Gr. Requiem eternam dona eis dne
et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eter
na erit iustus ab auditione mala non timebit.
Tractus. De profundis clamauimus ad te
dne dne exaudi uocem meam. ℣. Fiant aures
tue intendentes in oratione serui tui. ℣. Si
iniquitates obseruaueris dne dne quis
sustinebit. ℣. Quia apud te propitiatio est
et propter legem tuam sustinuit te dne. Grad.
Si enim ambulem in medio umbre mortis
non timebo mala quoniam tu mecum es. ℣. Vir
ga tua et baculus tuus ipsa me consolata
sunt. Tractus. Sicut cervus desiderat ad
fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te
deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum
quando veniam et apparebo ante faciem dei mei.
℣. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte
dum dicitur mihi per singulos dies ubi est
deus tuus. Secundum iohannem.
In illo tempore. Dixit ihesus turbis iu
daeorum. Amen amen dico uobis.
nisi manducaueritis carnem filii ho
minis et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. Qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet uitam eternam.
Et ego resuscitabo eum in no
uissimo die. Secundum iohann.